

5 hft.

B. 110.



DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
FIGVRIS PATHETICIS  
EX DIVINO VATE ESAIA  
ILLVSTRATIS

QVAM  
IVSSV ET AVCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA  
SVB PRAESIDIO  
DOM. CHRISTIANI GOTTLIBII SCHVVARZII  
SACR. CAES. MAI. COM. PALAT. ACAD. HVIVS SENIORIS  
MORAL. ELOQVENTIAE ET HISTORIARVM PROF. PVBL. BIBLIOTH. ACAD.  
PRAEFECTI ET INSPECTORIS BENEFICIARIORVM NORICORVM ITEMQVE  
ACAD. IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ET REGIAE BORVSS.  
SOCIETATIS SCIENTIARVM COLLEGAE NEC NON SOCIETATIS  
FLORIGERAE AD PEGNESVM PRAESIDIS

PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI PIE COLENDI  
PRO GRADV  
SVMMISQVE IN PHILOSOPHIA HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS,

SOLEMNI DISQVISIONI  
SVBIICIT  
IOHANNES LVDOVICVS SPOERL  
NORIMBERGENSIS.

D. XIII DECEMBR. MDCCCL.

ALTORFII  
TYPIS IOH. GEORG. MEYERI ACAD. TYPOGR.

DISSEPTATIO INAVGVRALES  
DE  
FIGVRS PATHEOLOGIS  
EX DIVINO VATE ESATA  
ILLVSTRATIS

AVAV  
1755V ET AVCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHOVM ORDINIS  
IN INCVTA ACADEMIA SALSIVRGENSI  
SVN PRAESIDIIS  
DOM. CHRISTIANI GOTTLIBII SCHWABERZII  
SACR. CAES. MAJ. COM. PALAT. ACAD. HVIVS SENIORIS  
MORAL. PHILOSOPHIAE ET HISTORIAE PROF. PVB. SALSIVRGEN. ACAD.  
PRAEFECTI ET RESPECTOVS BENEFICIORVM HONORIVM TITVLS  
ACAD. HUMANIS NATVRAE VIVIFICORVM ET REGVM BONVS  
SOCIETATIS SCIENTIARVM HONORIFICVS SVO SOCIOVATVS  
FLORENTIAE AD LEGISVM GRATISSIMO

PATRONI ET PRAECEPTORIS VIV. GOTTFR. COLENDI  
PRO GRADV  
SVMMSOVS IN THEOLOGIA HONORIBVS  
RITI CAESSENDI  
SOLIMN. DISCVSATIONI  
SVBICIT  
IOHANNES FVDOVIVS SPERL  
KONIGSBERGENSES

D. XHII. BECKMANN. MDCCL.  
ALTO RAVEN  
TYPIS ION. GEORG. MEYER. ACAD. TYPOG.





DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
FIGVRIS PATHETICIS  
EX DIVINO VATE ESAIA  
ILLVSTRATIS

---

L



Anta est praestantia eloquentiae,  
ut uel ipsi homines uerae religio-  
nis expertes diuinam eius origi-  
nem agnouerint; quamuis eam  
foedo errore ad commentitios  
retulerint deos. Pindarus certe,  
Lyricorum princeps, *Od. 1. πρὸς εὐφ. γ.* sic cecinit:  
Ἐκ θεῶν γὰρ μάχαναι πᾶσαι βροτέαις ἀρεταῖς; καὶ  
σοφοί, καὶ χεῖροι βιαταί, καὶ περὶ βλασσοί τ' ἐφ' ὧν.  
h. c. *A diis enim conatus omnes humanis uirtutibus; et sa-  
pientes, et manibus fortes, et lingua eximii, diuinitus na-  
scuntur.* Et Aristides, praestantissimus rhetor pariter  
atque orator, *T. III Orat. Platon. I, pag. 23*, ait:  
Τί κωλύει, καὶ ῥητορικὴν τῆς Ἐξμῆ τιθεῖναι δωρεᾶς  
ἡγεῖν τῷ ὄντι καὶ θεῶν καλεῖν, καὶ τέχνης κρείττων;  
h. c. *Quid uetat, quo minus artem oratoriam pro Mercurii  
munere habeamus; quae reuera diuina appellanda, et omni  
arte*

*arte maior?* Rectius nos tam eximiam facultatem DEO uero, supremo omnium bonorum auctori, referimus acceptam: utpote qui olim ori Aaronis et Mosis aderat; *Exod. III, 14, 15*; et manu sua tangebatur os Ieremiae, facundumque reddebat; *Ierem. I, 9, 10*; atque in N. T. Apostolos *igneis linguis*, h. e. diuina facundia, instruebat.

II.

Facile igitur intelligitur, potissimum in sacris literis, per diuinos scriptores consignatis, mirificam uim inesse, adeo, ut hi, quamuis in DEI immortalis gloria amplificanda, in hominibusque ad salutem aeternam erudiendis, non secuti sint rhetorum praecepta, secuti tamen sapientiam diuini spiritus, non potuerint non iis dicendi generibus uti, quibus ad finem suum assequendum nihil conuenientius, nihilque perfectius, reperiri queat. DEVS uero, cum hominibus locutus, quae admirabilis eius est *συνή- ταβουσις*, *stilo hominis*, (*Es. VIII, 1*), hoc est, humano et usitato sermone, usus est, ita quidem, ut ad captum hominum se accommodauerit, ac, pro re nata, modo simpliciter et pressè, modo grauius sublimiterque, ubiuis uero sapientiae suae quam maxime congruenter, uoluntatem suam hominibus exposuerit. Qua de re copiosius dixit Michael Waltherus, Wittembergensium quondam Theologus, in oratione sua *de admiranda sacrarum literarum eloquentia*, anno 1650, adhuc in schola Cellensium recitata; itemque ante hunc Salomon Glassius, Theologus et Antistes Gothanus, in *epistola εὐχαριστικῇ de eloquentia sacro-sanctae scripturae*, anno 1636, *Philologiae sacrae* praefixa.

III.

Etsi uero aliquando humilis uideatur sacrae scripturae dictio; recte tamen Mornaeus, *cap. 26 de ueritate christiana religionis*, censuit, in illa ipsa humilitate plus altitudinis, in illa simplicitate plus profunditatis, in illa nuditate plus illecebrarum, et plus uigoris atque acuminis, habere sacras literas, quam quas maxime laudent et mirentur homines; ita, ut scripturae simplicitas efficax sit, tum ad instructionem hominum, tum ad superbiorum confusionem. Neque uero DEVS sapientissimus, ad uoluntatem suam generi humano patefaciendam, simplicem duntaxat sermonem, sed et identidem sermonis huius praestantissima quaeque ornamenta, adhibere non dedignatus est. Inde euenit, ut etiam tam ornatum, tam incitatum, tamque grande dicendi genus in sacris literis deprehendamus, ut, cum uerborum, tum rerum, grauitate nihil quidquam sublimius elatiusque esse possit. Et sic sentio, sicque induco animum, nullum uerum artis oratoriae ornamentum posse ostendi, cuius exempla non etiam in diuino codice animaduertamus. Bene adeo Lactantius, *lib. VI de uero cultu, cap. II, 21*: Num igitur, inquit, DEVS, et mentis, et uocis, et linguae, artifex, diserte et ornate loqui non potest? Quid mirum adeo, si et ipse Dionysius Longinus, acutissimus ille praestantis orationis magister, quantumuis religioni salutari haud deditus, *περί ὕψους, Sect. VIII*, illam narrationem Mosis de creatione huius mundi, tamquam sublimem, ac DEI numine dignissimam, iure meritoque laudarit? ὁ τῶν Ἰσραήλων Θεοῦ δέτης, εἶχ' ὁ τυχῶν κινῆς, ἐπειδὴ τὴν τῆς Θεοῦ δύναμιν κατὰ τὴν ἀξίαν ἐχώρησε, καὶ ἐφίνευ, εὐδύς ἐν τῇ εἰσβολῇ γαλαζίας τοῦ νόμου. Εἶπεν ὁ Θεός, Φασί τί; γενέσθω φῶς, καὶ ἐγένετο γενέσθω γῆ, καὶ ἐγένετο.

h. e. *Judaeorum legislator, uir non uulgaris, (i. e. excellentissimus,) dignam potentiae DEI imaginem mente complexus, digneque elocutus est. Nam in ipso statim legum suarum principio: DIXIT DEVS, inquit. Quid? FIAT LVX, et facta est! FIAT TERRA, et facta est.*

III.

Peccant ergo, quoscumque non pudet profanam eloquentiam prae diuina unice admirari, atque iactare. Sed neque illi sunt probandi, qui, nescio quibus indueti praecudiciis, omnem eloquentiam humanam, eiusque artem, quae appellatur rhetorica, profus negligunt et aspernantur: quam a corruptelis et abusione seiunctam alii prudentiores potius inter utilia *sacrae Hermeneuticae* subsidia habent, atque commendant; e quibus in praesens saltem duos sufficiat commemorare, *Glassium* nempe et *Rambachium*, uiros de re sacra praeclare meritos, ac iam ad coelites diuinitus euocatos. Etenim, quae fuit sententia b. *Sneppii*, *Tubingenfium* quondam *Theologi*, in prologo *commentarii ad Esaiam*: *Quis negauerit, in sacrosanctis illis scriptis extare, quae in omni oratione diserta cernuntur; quamuis prophetae nec rhetorum, nec dialecticorum, praecepta tenerent: cum interim Domini spiritum secum haberent, cuius beneficio et faciendi alii homines, et eloquentes sunt; cuius etiam instinctu artes illae sunt inuentae.*

V.

Proinde, qualecunque specimen daturus, doctrina de *figuris patheticis*, ceu insigni artis oratoriae parte, breuiter repetenda, loca quaedam diuinorum uaticiniorum *Esaias* pro uirili illustrare conabor. Ad *Esaiam* uero potissimum animum operamque conuertere constitui, cum inde multo, quam uel ex  
Demo.



Demosthene, uel ex Cicerone, aliisque eiusmodi oratoribus, illustriora plurium huius generis figurarum exempla peti posse, confidam. Haud aliter sensisse uidetur Io. Franciscus Picus Mirandulanus, in *examine doctrinae gentium*, Lib. II, cap. 2: *Legebam*, inquit, *superioribus diebus forte Tusculanam ipsam Ciceronis Quaestionem* (Libr. III, cap. 26.) *ubi maximo effert praecomo uerba Aeschini aduersus Demosthenem inuehenti, tanquam magnam vim et artem continerent, eaque diligenter examinaui. Nec multo post tempore sumsi in manum Esaiam, prophetam Ebraeo populo minantem. Nulla fere similitudo: adeo hic uehemens, sublimis, copiosus, resonans, terrorem incutiens, et ueram artem undique spirans.* Sic et Rambachius, in *Institutionibus Hermeneuticae sacrae*, lib. III, cap. II, ubi de characteribus dicendi sacris scriptoribus proprio differit: *Esaias*, inquit, *ut erat uir doctus et illustris, ita grandi oratione omnia enuntiat: unde et a ueteribus [Gregorio Nazianzeno, Orat. III, p. 50] μεγαλοφωvότατος salutatur, et Paulo ἀποτολιμᾶν, Rom. X, 20, et κελειν, VIII, 27, dicitur. Res insuper mirifice ante oculos ponit, rebusque mortuis non raro uitam, ac sensum inanimatis, tribuit. Praeterea uerbis significantissimis utitur, ac sententiarum figurarumque luminibus lectorum oculos quasi perstringit. Conferatur etiam Campegius Vitringa, in Prolegom. Commentar. in Esaiam, pag. 7, ubi de stilo et phrasi Prophetiae differit.*

VI.

Vt uero constet, quas *figuras patheticas* uocemus, res paullo altius est repetenda. Scilicet, cum quatuor sint partes officii oratorii: argumenta inuenire, inuenta disponere; disposita exornare, et exornata pronuntiare; tum a rhetoribus totidem partes rhetorices constituuntur: *inuentio, dispositio, elocutio, et pronun-*

*pronuntiatio*, siue *actio*. Vid. Ger. Io. Vossius, *lib. I. Institutionum oratoriarum*, statim sub initium. Quemadmodum uero pars tertia, quae de elocutione et exornatione agit, arti rhetoricae maxime est propria; ita haec ostendit, aliam elocutionem esse naturalem, quae simpliciter animi sensa exprimit, nec facile recedit a uulgari loquendi consuetudine; aliam esse artificiosam, quae per tropos et figuras dignitatem ornatumque affert orationi. Huiusmodi autem troporum et figurarum magna est uarietas, in iisque digerendis et exponendis mire inter se dissentiunt, tum Graeci rhetores, Aristoteles, Hermogenes, Demetrius, ac reliqui; tum Latini, Tullius, Fabius, Aquila, Lupus, Rufianus, et alii, qui in Pithoeano corpore extant. Mihi uisum est, e recentioribus nunc maxime sequi Emanuelem Thesaurum, Italum illum, non tam insignibus equestribus, quam praeceptis ornatae argutaeque dictionis, celebrem; qui, Aristotelica cum primis uestigia secutus, primum anno 1654, Taurini, librum Italice scriptum edidit, cui titulum fecit *Il canocchiale Aristotelico*, i. e. *Perispicillum Aristotelicum*, cuius quasi ope facile animaduertetur, quidquid in operibus ingenii, et praecipue in oratione, uel exsplendesceret, uel macula quadam obscuraretur. In hoc opus, quadraginta annorum studio, si Octauium Boldonium audiamus, elaboratum, contulit Em. Thesaurus, quidquid multo usu uariaque lectione in Graecis, Latinis, Italicisque scriptoribus, non elegans modo argutumque obseruarat; sed et ad uniuersae elocutionis illustrationem facere posse uidebatur. Idem opus, uti aliquoties in Italia recusum est; ita eius usum in Germania primum commendauere, Wagenfeilius noster, in *exercitatione de Symbolo Heroico*; et Morhofius, in *Polybistore*, atque in postumo libello

de

de argutiarum disciplina. Demum id in Latinum sermo-  
nem ab anonymo quodam translatum, sub nomine  
*Ideae argutae et ingeniosae dictionis ex principiis Aristotelicis*,  
Francofurti et Lipsiae, anno 1698, prodit. Hic  
uero auctor ingeniosus omnes orationis figuras ad  
tres classes retulit, prout eae uel harmonica uocum  
sententiarumque suauitate sensum auditus deliniunt;  
uel affectum motumque animi repraesentant, aut ex-  
citant; uel uiuida et ingeniosa quadam significatione  
ingenium uelut recreant et pascunt. Vnde tria figu-  
rarum genera constituit: primum, *harmonicum*; alte-  
rum *patheticum*; et tertium, *ingeniosum*.

VII.

*Figurae harmonicae* dicuntur, quae uel *ισοκωλία*, seu  
aequalitate articulorum, uel *ἀντιθέσει*, seu contra-  
positione breuium sententiarum, uel *παρομοιώσει*,  
seu similitudine literarum et uocum, quasi quendam  
rhythmus, et inde orationem concinnam, efficiunt,  
aptoque quodam numero oratorio aures mire demul-  
cent. De quibus ex instituto egit VEN. DOM.  
PRAESES, in *disputatione de oratione concinna*, anno 1709  
edita. At *figurae ingeniosae* maxime respiciunt signifi-  
cationem ingeniosam, adeo, ut rem uiuida dicendi  
ratione expriment, et acumine quodam ac decore  
orationis animum audientis legentisue oblectent.  
Quarum figurarum ingeniosarum fundamentum  
Eman. Thesaurus generatim in *Metaphora*, h. e. in  
sermone improprio, et rem alterius rei beneficio apte  
uiuideque repraesentante, constituit, et huc fere  
omnia ea simul retulit, quae uulgares rhetores in uni-  
uersum de tropis, et quibusdam *σχήμασι διακρίσας*, com-  
mentantur, ita quidem, ut octo formas huiusmodi  
metaphorae tradat: scilicet metaphoram *similitudinis*,

B

attri-

attributionis, homonymiae, hypotyposeos, hyperboles, Laconismi, oppositionis, ac deceptionis, siue ἀπεσοδοκίας, inopinati. Verum, istas harmonicas pariter, atque ingeniosas figuras, sigillatim explicare, a meo instituto alienum est; cum nunc potius de figuris patheticis non nihil agere decreuerim.

VIII.

Appellantur uero *figurae patheticae*, quae quasi repraesentationem alicuius affectus, motusque animi, adiungunt sententiae, adeoque singularem uigorem, magnamque uim, orationi conciliant. Cum nimirum in animo humano, partim *intellectus*, siue facultas intelligens, partim *uoluntas*, siue facultas appetens, existat, et in utraque hac facultate certae operationes motusque deprehendantur; quando, exempli causa, per intellectum, cognoscere, et iudicare, et uarie ratiocinari; per uoluntatem autem res uel appetere, uel auerfari, uariisque modis commoueri, dicimur: tum ex his duabus animi facultatibus laudatus Thefaurus omnes *figuras patheticas* deriuari posse, demonstrauit: quamuis haud infitias eamus, istas operationes motusque intellectus non nisi improprie παθητικῶν, et figuras inde deductas, similiter improprie παθητικῶν, appellari. Vt cuique est, huc interim referuntur: *attentio*, *cognitio*, *ignorantia*, *affirmatio*, *negatio*, *dubitatio*, *propositio*, *diuisio*, siue μερισμός, *nuntiatio et narratio*, *doctrina*, siue διδασκαλία, *probatio*, *memoratio et recordatio*, *ironia*, μίμησις, ἀποσιώπησις, siue *reticentia*, *iusiurandum*, *testatio*, *parentthesis*, *correctio*, *repetitio*, *exaggeratio*, *extenuatio*, *praesagium et uaticinium*, ἀνακρίνωσις, περίθεσις, *imaginatio*, πρόληψις, *interpretatio*, *sermocinatio*, *prosopopoeia*, *dialogismus*, *conditio*, *epiphonema*, *compendium*. Magis proprie *figurae patheticae*.



patheticæ sunt, quæ ex uoluntate fluunt, et in appetendis, uel auerſandis rebus, uerſantur. Sic ex facultate appetente prædeunt: *deſiderium, amor et beneuolentia, imperium, admonitio et exhortatio, approbatio, permiſſio, commendatio, laudatio, obſequium, blanditiæ, apprecatio, optatio, ueneratio, obſecratio, gratiarum actio, ſpes, gaudium, et exultatio, iactatio, gratulatio, audacia.* Ex auerſatione dimanant: *odium, ſollicitudo, improbatio, recuſatio, debortatio, abominatio, obiurgatio, inuidia, execratio, exprobratio, pudor, poenitentia, triſtitia, eiulatio, timor, terror, conſolatio, ira et excaſcentia, comminatio, uindicta, miſeratio, confeſſio, deprecatio.* Sed ſunt etiam figuræ patheticæ mixti generis, nempe utrique mentis facultati quaſi communes; quales ſunt: *excitatio, admiratio, exclamatio, interrogatio, perplexitas, apoſtrophe,* et forte aliae; neque enim dubitamus, quin numerus figurarum patheticarum haud aegre adhuc augeri poſſit. Sicut autem huius generis figurarum aliquando duæ pluresue ad unam ſententiam uiuide exprimendam congeruntur; ita etiam ſingulae non uno eodemque modo adhibentur. Non nunquam enim dicentes ſcribentesue aliquem mentis motum de ſe ipſis; interdum de aliis indicant; aliquando eundem in audientibus legentibusue excitare ſtudent. Id denique obſeruamus, *figuras,* quas cum Theſauro diximus, *harmonicas, et ingenioſas,* quæ in ſacro Codice V. T. occurrunt, rectiſſime ex ipſa lingua ſancta erui atque explicari: cum *figuræ patheticæ* ut plurimum etiam aliis linguis ſatis commode exprimi queant; prout eas in uerſione Germanica nemo facile, quam b. Lutherus, expreſſerit feliciter.

VIII.

Age ergo, nunc ſingularum iſtarum figurarum patheticæ generis exempla, quantum fieri poteſt, potiſſimum

tissimum ex diuino uate, ESAIA, afferam, et eas quidem primo loco commemorabo, quas proxime dixi ad operationes et motus facultatis intelligentis exprimendos facere. Huc adeo pertinent:

I. ATTENTIO: quae ad testandam excitandamque alicuius ueritatis, aut rei gestae, cognoscendae cupiditatem pertinet, quam fortasse non minus congruenter ad figuras patheticas mixti generis referre potuisssem, nisi uel ideo primo loco proponere maluisssem, quia quasi ad omnes reliquas figuras acrius capiendas lectorem quasi praeparat. Quid? quod nihil fere *pathetice* et *acute* dicitur, quod non animum, et oculos pariter atque aures, audientis, quasi ad se aduertat. Tanto uero maiorem uim haec figura habet, si simul ab *apostrophe*, aliisque figuris, item a certis particulis et formulis attentionem designantibus, uelut adiuuatur. Huc faciunt latina uerba, et particulae: *en!* *ecce!* *uide!* *audi!* et aliae; Germanicae: *Siehe!* *Sehet!* *Höret!* *Merket auf!* Hebraicae: הן, הא, שמע. Sic Esaiiae VII, 14: הנה

העלמה הרה וילדת בן. *Ecce, uirgo grauida est, et parit filium!* *Siehe, eine Jungfrau ist schwanger, und wird einen Sohn gebähren!* scilicet propheta, tanquam miraculum, et certissimum ueritatis diuinae signum testimoniumque, ac summam hominum piorum consolationem, propositurus uaticinium de Messia e uirgine nascituro, uocula הנה. *Ecce*, sententiae

praemissa, arguit, rem proponi non aliquam uulgarem et consuetam, sed inusitatam et singularem, atque animaduersione et attentione dignissimam. Sic et Esaias statim sub initium, *cap. I, u. 2*: Höret ihr Himmel, und Erde nimm zu Ohren! denn der Herr redet:

redet: Ich habe Kinder aufgezogen, und erhöhet, und sie sind von mir abgefallen. Bene Rambachius, *Instit. Herm. Sacrae, lib. II, cap. 2, pag. 112*: Cum DEVS, uelut in amplissimo theatro, litem intendere uellet populo immorigero, prodit propheta, tanquam praeco, qui concionem cogit, ac coeli terraeque incolas ad attentionem excitat: audite coeli, et ausculta terra; quia Ichoua loquitur! Deinde ipse DEVS quasi in scenam progreditur, Iudaeosque grauissimorum criminum arguit. Etiam Theodorico Snepfio hoc Esaiæ exordium dicitur uehemens, cui magna insit δειψωσις. Augetur autem haec attentio simul exclamatione, et προσωποποία, cum res inanimæ quasi testes uocantur, dicturae de re ualde indigna. Vitringa censet, hanc ipsam loquendi figuram paratam esse ad indicandum orationis pondus et momentum; nempe tam grauem esse argumenti orationem, tam seriam, a tali profectam oratore, ut coeli etiam, terra, res brutæ et inanimæ, quibus non sunt aures, ad eam audiendam excitari deberent: deinde tam esse aequam, ut, si res illæ inanimæ iudicio essent praeditæ, cum Propheta et Sanctis concurrerent ad Iudaeorum scelera et ingratum animum damnandum ac detestandum, quasi ita loqueretur diuinus uates: Vos coeli, et tu tellus, et quidquid in uobis est rerum, si sensus in uobis, si iudicium, si ratio aliqua sit, ut cui uideri posset, quod pulcherrimo ordine, secundum certas leges, omnes uestras absoluatis operationes: huc adeste, et aures, si quas habetis, iudiciumque aduertite! Eadem figura uti in aliis diuinis scriptoribus, ita nominatim etiam in Esaiæ, frequentissime occurrit. Quemadmodum uero nobis posthaec satis erit, aliarum figurarum patheticarum unum saltem alterumue exemplum annotare; ita, nunc ex pluribus locis Esaiæ attentionis figuram indicare libet. Ef. I, 10; VII, 13; VIII, 9; XXVIII, 14, 23; B 3 XXXII,

XXXII, 1, 9; XXXIII, 1; XXXIX, 5;  
 XXXX, 26; XXXXI, 26; XXXXII, 18, 23;  
 XXXXIII, 19; XXXXIII, 1; XXXXVI, 3, 12;  
 XXXXVII, 8; XXXXVIII, 1, 12, 14, 16; XXXXVIII,  
 1, 12, 18; LV, 3; LXII, 11; LXV, 13, 14.

2. COGNITIO; per quam denotatur omnis eius-  
 modi forma, quae aliquem intelligentiae, aut sen-  
 sium, circa obiecta motum, exprimit, huius gene-  
 ris uerbis: *intelligo, agnosco, scio, sentio, experior, ani-*  
*maduerto, opinor.* u. g. *Es. XXXXVIII, 4: Ich weiß,*  
*daß du hart bist, und dein Nacke ist ein eisern Ader, und*  
*deine Stirn ist ehern.* Vbi sine figura cognitionis,  
 quamuis non sine tropis et figuris ingeniosis, diceret-  
 ur: *Du bist hart, und dein Nacke ist, u.* sed, adscita  
 figura cognitionis, declaratur simul, DEO *satis cogni-*  
*tam perspectamque esse* incredibilem Iudaeorum duritiam  
 et impudentiam; quasi dixerit DEVS: Ego semper  
 te docui et instruxi per prophetas, etiamsi sciam,  
 fatisque cognitum habeam, te minime docilem et  
 obsequentem, sed more iumentorum rebellem esse  
 et effrenem. Porro *Es. XXXXIII, 19: Siehe, ich*  
*will ein neues machen, jetzt soll es aufwachsen, daß ihr*  
*erfahren werdet, daß ich Wege in der Wüsten mache,*  
*und Wasserströme in der Einöde.* Hic, praeter attentio-  
 nem et ostensionem noui et excellentis alicuius bene-  
 ficii, [nempe conuersionis gentium,] adest etiam  
 figura cognitionis et experientiae, absque qua dici potuif-  
 set: *ich mache Wege in der Wüsten, u.* Et quamuis  
 secundum sacrum contextum *הלוּא תִּרְעוּהָ* illa  
 uerba ita reddenda uideantur: *annon cognoscitis, siue,*  
*annon applicatis animum ad illud nouum, quod faciam, cogno-*  
*scendum?* recte tamen illa interrogatio per affirmatio-  
 nem explicari potest: *utique recognoscitis, et sentire pote-*



potestis, DEVM mutaturum oeconomiam temporum, et constitutum Messiae regnum.

3. IGNORANTIA opponitur cognitioni, utiturque uerbis: *non agnosco, non intelligo, nescio, ignoro, non expertus sum, non sentio, non uideo, non audio.* *Esa. XXXXIII, 18:* Sie wissen nichts, sie verstehen nichts: denn sie sind verblindet, daß ihre Augen nicht sehen, und ihre Herzen nicht merken können. *Cap. XXXX, 21, 22:* Wisset ihr nicht? Höret ihr nicht? Ist es euch nicht vormals verkündigt? Habt ihrs nicht verstanden von Anbeginn der Erden? Er sitzt über den Kreis der Erden, und die darauf wohnen, sind wie Heuschrecken. Ita scilicet Propheta *ειρηνηστων et τυφλωστων* Iudaeorum, ac stuporem animi, et obstinatum incredulitatem, grauius reprehendit: cum tamen ipse Dominus toti orbi numine suo praefideat; interim uero homines in terra repant, ut uermes et locustae. *Conf. XXXX, 28; et XXXXVIII, 8.*

4. AFFIRMATIO, ubi, qui loquitur, scribitque, profitetur, se affirmare: u. g. *asseuero, omni asseueratione affirmo, uerum est, uerissime dictum, sic est.* *Esa. XXXVII, 18:* Wahr ist es, die Könige zu Assyrien haben wüßte gemacht alle Königreiche samt ihren Landen. Quamquam haec uerba ad figuram *concessionis* referre malim. *Cap. XXXXIII, 9:* Lasset sie [die Heiden und Völker] ihre Zeugen darstellen, und beweisen, so wird manns hören, und sagen, es ist die Wahrheit. i. e. uerum esse concedent, quod dixi, me solum et unum esse DEVM. *XXXVIII, 15:* Ich, ja ich, habe es gesagt, ich habe ihn geruffen; 16. Equidem in sacro textu adest uerbum affirmandi, sed non exprimitur particula asseuerandi: uerum Vitringa recte obseruauit, illam tamen geminationem pronominis esse *assertiuam*; quam notionem Lutherus per particulam insertam, *ja*, expressit. *Cap.*

Cap. XXXXV, 15: Fürwahr du bist ein verborgener Gott, du Gott Israel der Heiland. **אֱלֹהִים** uere, certe, profecto.

5. NEGATIO, quae negandi formulis aliquid infitiatur. *Es. XXX, 15, 16*: Wenn ihr stille bliebet, so würde euch geholfen, durch stille seyn und hoffen würdet ihr stark seyn. Aber ihr wollt nicht. Und spricht: Mein, sondern auf Rossen wollen wir fliehen. Coniungitur in his uerbis *אֱלֹהִים* cum *negatione*; qua figura negationis omiſſa, dici potuiſſet: Durch stille seyn und hoffen würdet ihr stark seyn: Aber ihr wollt vielmehr auf Rossen fliehen, *2c. Conf. Es. III, 7.*

6. DVBITATIO, *ἀρογία*, qua dubie rem proponere uidemur. At, si quando talis dubitatio etiam DEO tribuitur, tum quidem, censente Hieronymo, uerbum ambiguum maiestati Domini non proprie potest conuenire; sed Spiritus diuinus nostro loquitur affectu, ut liberum homini seruetur arbitrium, ne ex praescientia eius, quasi necessitate, uel facere quid, uel non facere, cogatur. *Es. I, 5*: Was soll man weiter an euch schlagen, so ihr des Abweichens nur desto mehr machet? i. e. Quorsum percutiemini? non corrigimini castigationibus; pergitis in malo; praeuaricationem praeuaricatione augetis. Eodem cap. I. 21. Wie geht das zu, daß die fromme Stadt zur Huren worden ist? In his uerbis **אֲרוֹגִיָּא** particula simul uim admirandi et dubitandi habet, h. e. interprete Rambachio: *Quomodo tam infelicitate euenire potuit, ut ciuitas fidelis, quae, instar castae uxoris, DEO, tanquam marito suo, fidem et obsequium probauerat, facta ueluti meretrix, leges foederis cum DEO pacti uiolarit? Apertius exemplum ἀρογίας fuggerit Psalmus CXXXVIII, 7: Quo ibo a spiritu tuo?*

et quo a facie tua fugiam? si ascendero coelos, illic es: si stratum posuero in inferno; ecce, ades!

7. PROPOSITIO, qua quasi summa rerum dicendarum indicatur; uti in illa propositione Virgilio: *Arma uirumque cano. Es. V, 1*: Wolan, ich will meinem Lieben ein Lied meines Vattern singen von seinem Weinberg! Qua propositione ipse se quasi excitat Propheta ad modulandum canticum Dilecto suo, eiusque Cantici, siue sacri uaticinii, summam de fatis populi Israëlitici, tanquam Vineae, indicat. *Conf. Cap. XIII, 1*: Dis ist die Last über Babel, die Jesaia, der Sohn Amoz, sahe. *Sic XVI, 1; XVII, 1; XVIII, 1; etc.*

8. DIVISIO, DISTRIBUTIO, *μερισμός*, cum totum aliquod, diducendo per partes, latius explicatur. *Es. XXIII, 1, 2*: Siehe, der Herr machet das Land leer und wüste, und wirft um, was drinnen ist, und zerstreuet seine Einwohner. Und gehet dem Priester, wie dem Volk, dem Herrn, wie dem Knecht, der Frauen, wie der Magd, dem Verkäufer, wie dem Käufer, dem Leih, wie dem Borger, dem Mahnenden, wie dem Schuldigen, &c. Quibus uerbis quasi per species significatur conuersio totius status reipublicae Iudaicae, qua summa imis commiscerentur, et omnium fors aequaretur. *Sic cap. XXXVIII, 11, 12*: Ich will alle meine Berge zum Wege machen, und meine Pfade sollen gebähnet seyn. Siehe, diese werden von ferne kommen, und siehe, iene von Mitternacht, und diese vom Meer, und iene vom Lande Sinim. Quibus uerbis DEVS per prophetam uaticinabatur mirabile uerae ecclesiae incrementum, remouendis regni Christi impedimentis, doctrina salutari planius proponenda, et ex omnibus mundi plagis magno ad Ecclesiam concursu futuro. Rambachius annotauit, per *Sinim* sigillatim designari prouinciam quandam Aegypti; hoc autem loco generatim regionem uersus austrum.

*austrum*. Huc adeo etiam pertinet Rhetorum συυ-  
αδχοισμὸς, siue *congeries*, cum plures species uelut  
coaceruantur. *Ef.* I, 11, 13; III, 16, etc.

9. NVNTIATIO, et NARRATIO; ubi *Narratio* qui-  
dem non ut pars orationis consideratur, sed ut figura  
et forma loquendi, quae animos ad audiendum prae-  
parat: cuius uerba sunt: *narro, enarro, dicam, nuntio,*  
*refero.* *Ef.* LXII, 11: *Sihe, der Herr lässt sich hören*  
*biß an der Welt Ende. Saget der Tochter Zion: Sihe,*  
*dein Heil kommt! Sihe, sein Lohn ist bey ihm, und seine*  
*Wergeltung ist für ihm! Vbi nuntiatio, siue narratio,*  
cum triplici particula attentionis, הנה, *Ecce,* con-  
iuncta, certam ueritatem et magnificentiam rei nun-  
tiatea eo magis confirmat. *Salus* autem, interprete  
Seb. Schmidio, hoc loco sine dubio est *Messias*;  
quod non tantum explicat *Zacharias, cap. VIII, 9:*  
*Ecce, REX TVVS ueniet tibi iustus et Saluator!* sed et hoc  
loco ipse *Esaias*, dum hanc salutem, tanquam *Virum*  
describit: *ecce, merces eius cum eo, et opus eius coram illo!*  
Conf. etiam *Ef.* XXI, 9.

10. DOCTRINA, Διδασκαλία, pendet fere a nar-  
ratione, et utitur uerbis, *doceo, disco, discimus, experi-*  
*mento, discimus exemplis,* et similibus. *Ef.* XXVIII, 9:  
*Wen soll er denn lehren das Erkenntniß? Wen soll er zu*  
*versichen geben die Predigt? den Entwehneten von der Milch,*  
*die von Brüsten abgesetzt sind. Quibus uerbis recte ad-*  
*scripsit Lutherus: den Armen wird das Evangelium ge-*  
*prediget.* *Ef.* XXXX, 13, 14: *Wer unterrichtet den*  
*Geist des Herrn, und welcher Rathgeber unterweist ihn?*  
*Wen fragt er um Rath, der ihm Verstand gebe, und lehre*  
*ihn den Weg des Rechts? und lehre ihn die Erkenntniß?*  
*und unterweise ihn den Weg des Verstandes? h. e. DEVS*  
*per se est sapientissimus, et ipsa sapientia: nemo eum*  
*docuit*

docuit hanc mirabilem dispositionem et ordinem, quem in creatione mundi tenuit, et sapientiam in missione filii et opere redemptionis declaratam. *Cap. XXVI, 9, 10*: Wo dein Recht im Lande gehet, so lernen die Einwohner des Erbbodens Gerechtigkeit. Aber, wenn den Gottlosen gleich Gnade angeboten wird, so lernen sie doch nicht Gerechtigkeit. i. e. Credentes, si exempla iustitiae uident, sentiuntque afflictiones sibi immixtas, uelut *moniti discunt iustitiam*, h. e. resipiscunt et emendantur; at improbi minus, *Conf. Cap. L, 4.*

11. PROBATIO, siue ἀπολογία, cum mox uerbis breuibus dicti aut facti alicuius ratio et causa indicatur. *Es. LX, 20*: Deine Sonne wird nicht mehr untergehen, noch dein Mond den Schein verlieren. Denn der Herr wird dein ewiges Licht seyn, und die Tage deines Leibes sollen ein Ende haben. i. e. Ecclesia iis rebus, quae ei ueram lucem sanctitatis, intelligentiae, et laetitiae, afferunt, illuminabitur; quia Christus, sol iustitiae, ecclesiam spiritu suo illustrabit et sanctificabit, *Apoc. XXI, 23, et XXII, 5.* Sic *Es. XXXXI, 10*: Fürchte dich nicht, Ich bin mit dir. Weiche nicht, denn ich bin dein Gott! Huius figurae exempla etiam in hoc Propheeta occurrunt frequentissima.

12. MEMORATIO et RECORDATIO, qua aliquid memoriae infigimus, aut memoria repetimus. *Es. XXXVIII, 3*: Gedenke doch Herr, wie ich für dir gewandelt habe in der Wahrheit, mit vollkommenen Herzen, und habe gethan, was dir gefallen hat. Cf. etiam *Cap. XXXXVI, 8, 9; et XXXXIII, 18.*

13. OBLIVIO, opponitur memoriae et recordationi. *Es. XVII, 10*: Du hast vergessen Gottes deines Heils, und nicht gedacht an den Felsen deiner Stärke. i. e. O gens et filia Israelis, cultum ueri DEI deseruisti, et DEVM salutis tuae, siue Messiam et petram fortalitii tui, qui te

multo melius potuisset defendere, quam omnes urbes tuae munitae. Conf. Cap. XXXXIII, 18; et XXXXIII, 21.

14. IRONIA, per quam contrarium pro contrario ponitur; aut aliud sentimus, ac loquimur. *Es*. LVII, 12, 13: Ich will aber deine Gerechtigkeit anzeigen, und deine Werk, daß sie dir kein Ruh seyn sollen. Wenn du ruffen wirst, so laß dir deine Hauffen helfen, aber der Wind wird sie alle wegführen. Quibus in uerbis DEVS iustitiam populi impii, quasi per ἀντιθεσιν εἰρωνικῶν uocat, cum reuera esset ἀποκασία, et summa impietas atque iniustitia. Sic et sequentibus uerbis indicat minime futurum, ut hunc populum copiae sociorum impiorum possint liberare. Porro *Es*. VIII, 9, 10: Seyd böse, ihr Völker, und gebet doch die Flucht! Höret ihrs alle, die ihr in fernen Landen seyd: Rüstet Euch, und gebet doch die Flucht. Beschließet einen Rath, und werde nichts draus. Beredet Euch, und es bestehe nicht, denn hie ist Immanuel! Quibus uerbis per Ironiam acerbiorē, siue sarcasum, Propheta alloquitur hostes, et populos omnes, etiam longissimis spatiis disiunctos, ut omni conatu aggrediantur Hebraeos, quamuis irritō conatu futuro. Quae cohortatio, quod recte animaduertit S nepsius, non eum in finem est instituta, ut Propheta suo sermone inuitet hostes, et quasi armet contra populum DEI, sed ut odium uirulentissimum aduersus ecclesiam DEI depingat, et quasi dicat: Licet omni studio, cura, diligentia, et consilio rem geratis; attamen non modo nihil proficietis, sed etiam retundemini, et confringemini: quia nobiscum est DEVS, siue filius DEI a nostris stat partibus. Aliud exemplum suggerit Cap. XIII, 16: Wer dich siehet, wird dich schauen, und ansehen, und sagen: Ist das der Mann, der die Welt zittern, und die Könige nigrreiche.

nigreiche bebend machte ! i. e. etiam mortui te praccipitatum spectabunt iridentes , et mirabuntur sortem tuam , uix credentes , unum et eundem esse , qui tam diuerfas fortunae uiciffitudines fit expertus. Loquitur autem Propheta de lapsu Regis Babylonii, Balthasaris.

15. Μίμνησις, siue *imitatio*, quae aliena uerba refert, idque potissimum deridendi, aut contemnendi, caussa. *Es. XXVIII, 10*: Denn sie sagen: Gebeut hin, gebeut her, gebeut hin, gebeut her; harre hie, harre da, harre hie, harre da, hie ein wenig, da ein wenig. Quibus uerbis indicatur subsannatio impiorum, qui saepe iteratas Prophetarum adhortationes rident, dicentes, nihil crepare illos, praeter mandatum, et regulam diuinam. *Conf. u. 13*, eodem capite. Aliud exemplum praebet *Cap. LVI, 12*: Kommet her, lasset uns Wein holen, und voll fauffen, und soll morgen seyn wie heute, und noch vielmehr. Sic Propheta per μίμνησις repetit uerba hominum ebrietati et luxui deditorum, qui mutuo se prouocant ad comptandum, et subinde nouas instaurant commiffationes.

16. Ἀποσιώπησις, siue *reticentia*, qua orationis cursus ita abrumpitur, ut pars eius insignis reticeatur. Cuius figurae euidentis exemplum deprehendimus *Lucae XVIII, 42*: εἰ ἔγνωσ καὶ σὺ, καὶ γὰρ ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταῦτα, τὰ πρὸς εἰρήνην σε· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ Φαλιμῶν σε· h. e. si cognouisses et tu, uel hac in die tua, quae ad pacem tuam [pertinerent;] scilicet, quam felix et beata fores! Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. *Glassius Philolog. sacr. lib. II, Tract. II, cap. 4, pag. 2014*, huc refert iusiurandum DEI, ex *Esaiae cap. XIII, 24*; et *LXII, 8*; ubi membrum orationis conditionalis reticeatur, cum DEVS sibi referuet, quid futurum sit, si aliter fecerit, ac promiserit. Fortasse huc etiam referri queat

queat illud *Es.* LI, 6 : Hebt eure Augen auf gen Himmel, und schauet unten auf die Erden : denn der Himmel wird wie ein Rauch vergehen, und die Erde wie ein Kleid veralten, und die darauf wohnen, werden dahin sterben, wie das. Vbi non nulli putant, ultima uerba, wie das, magis gestu quodam, uel facto talitro, quam uoce, exprimi; sicut b. Lutherus in *glossa* : Solch das muß man mit einem Finger zeigen, als schlage man ein Kliplin mit Fingern, wie man saget : ich gebe nichts darum. At alii aliter ista uerba explicant; de quibus uidere licet annotationes ad Rambachii comment. ad h. l.

17. IUSIURANDVM, quo religiose aliquid attestamur; quod non solum in humano, sed diuino etiam fermone, aliquando fieri solet. *Es.* XXXV, 23, 24: Ich schwere bey mir selbst, und ein Wort der Gerechtigkeit gehet aus meinem Munde, da soll es bleiben, nemlich, Wir sollen sich alle Knie beugen, und alle Zungen schwören, und sagen: Im Herrn habe ich Gerechtigkeit und Stärke. Hoc iusiurandum recte Messiae adscribit Rambachius, in diss. a. 1730 Halae edita, qua *Iesu Christi summa diuinitas ex eius iuramentis per se ipsum demonstratur. Sed et omnis lingua iuratura Messiae dicitur, quae ei homagium religiose praestitura, se DEO in foedere per iusiurandum ad fidem et obsequium sancte obstringit. Conf. Es.* XIII, 24; XXXVIII, 1; XXXVIII, 18; LIII, 9; LXII, 8.

18. TESTATIO, cum non iurandi quidem, sed testandi formulas, adhibemus. *Es.* XXXIII, 10: Ihr aber seyd meine Zeugen, spricht der Herr, und mein Knecht, den ich erwehlet habe, &c. Quibus uerbis DEVS per populum suum, Israëlitas, et per Messiam, tanquam summum testem, utpote in quo *prophetiae* omnes clauduntur ac perficiuntur, [Rom. X, 4, et 2 Cor. I, 20.] testatur, se uere esse Deum. Idem testatur



testatur DEVS, *Es. XXXXIII*, 8: Fürchtet euch nicht, und erschrecket nicht, habe ichs dazumal dich hören lassen, und verkündiget? denn ihr seyd meine Zeugen: Ist auch ein Gott auffer mir? i. e. Vos estis mei testes, qui scitis, ea prorsus euenisse, quae praedixi, et me piis maioribus uestris opem tulisse. An aliquis Deus est, praeter me, et mihi incognitus?

19. Παρένθεσις, cum, docente Quintiliano, *lib. VIII*, c. 3, *institut. orat.* continuationi sermonis medius aliquis sensus, plerumque declarationis causa, interuenit. *Es. II*, 20: Zu der Zeit wird ieder mann wegwerffen seine silberne und goldene Götzen, (die er ihm hatte machen lassen anzubeten,) in die Löcher der Maulwürffe, und Fledermäuse. Vbi quidem *parenthesi* bene locum habet, si uerba ita construantur: proiciant idola deorum in loca tenebricosa et cauernas terrae, ubi talpac et uespertilioes degunt. Alii uero malunt sequi uulgarem interpretem: proiciant idola, quae fecerant sibi, ut adorarent talpas et uespertilioes. Aliud exemplum, *cap. XXXVIII*, 22: Aber die Gottlosen, (spricht der Herr) haben keinen Friede. Ex ordine enim sacri contextus dici deberet: Non est pax, dicit Dominus, impiis. Conf. *cap. LVII*, 21; ubi LXX Interpretes, *parenthesi* in ordinem redacta, haec uerba ita reddiderunt: Οὐκ ἔστι καί τις τῶν ἀσεβῶν, εἶπεν ὁ Θεός. i. e. Non est pax impiis, dicit Dominus. Quamquam nec incommoda sententia hinc existeret, si quis sine *parenthesi* ita coniungeret uerba: non est pax, edicit DEVS impiis. Conf. *Es. XXX*, 16; *Rom. III*, 5. Ceterum ex instituto, de *parenthesi* sacra commentatus est D. Christophorus Wolle; item et M. Michael Beck, in dissertatione philologica de *Parenthesi S. Codicis Ebraei, indice et indice accentuatione*, Ulmae, a. 1685 edita.

20. COR-

20. CORRECTIO , siue *ἐπινοήσις* , quae interdum adhibetur , cum uel aliorum uerbum corrigimus , uel nostrum reuocamus , tanquam nobis inuitis exciderit , idque alio significantiore mutamus. *Es. VIII, 12* : Ihr sollt nicht sagen **Bund**. Dis Volk redet von nichts , denn von **Bund**. Etenim Iudaei , quasi diffisi DEO , cum uicinis paganis foedera pacti erant , quibus magis , quam uerbo diuino , innitebantur. *Es. LVIII, 5, 6* ; ubi ieiunium , propter abusum , et prauam hominum opinionem , uituperatur , et cultus diuini nomine indignum censetur , praeque eo potius commendatur abstinencia a peccatis : *Solt das ein Fasten seyn , das ich erwehlen soll , das ein Mensch seinem Leib des Tages übel thut , oder seinen Kopf hänge wie ein Schilf , oder auf einem Sack und in der Aschen liege ? Wolt ihr das ein Fasten nennen , und einen Tag dem HERN angenehme ? das ist aber ein Fasten , das ich erwehle : Laß loß , welche du mit Unrecht gebunden hast , &c.* Quibus uerbis perstringuntur simul superstitiosi gestus ieiunantium ; et declaratur , non ieiunii Deo placentis nomine dignum esse ieiunium superstitiosum , sed illud , quod cum integritate conscientiae et charitate coniunctum sit. Exempla *ἐπινοήσεως* uide etiam *Luc. XI, 27, 28* ; *Rom. VIII, 24* ; *1 Cor. VII, 10, 12*.

21. REPETITIO , per quam , quod dictum est , fortiori quadam animaduersione animis imprimitur , neque solum auribus blanditur , uti figura est harmonica. *Es. XXI, 11* : Man rufft zu mir aus **Seir** : Hüter ist die Nacht schier hin ? Hüter ist die Nacht schier hin ? *XXIII, 16* ; Wir hören Lobgesang vom Ende der Erden , zu Ehren der Gerechten. Und ich muß sagen : Wie bin ich aber so mager ? Wie bin ich aber so mager ? Wehe mir , denn die Verächter verachten , ja die Verächter verachten. Per repetitionem indicatur uehementia doloris

loris, q. d. Perii, perii; o me miserum! Tristitia emacior, et contabesco propter popularium meorum perfidiam erga DEVM, et propter mala intestina, et perditionem populi huius. Conf. XXXVIII, 10, 11; LI, 3; LVII, 14; LXII, 10.

22. Ἀυξήσις, siue *exaggeratio*; cum utimur uerbis rem ultra consuetudinem amplificantibus, ita quidem, ut nullum adsit fallendi propositum. *Es.* XIII, 13, 14: Gedachtest du doch in deinem Herzen; Ich will in den Himmel steigen und meinen Stuhl über die Sterne Gottes erheben. Ich will über die hohen Wolken fahren, und gleich seyn dem Allerhöchsten. Quibus uerbis exprimitur summa arrogantia et despiens fastus Belsazaris, Regis Babyloniae, inter ceteros orientis principes gloriosissimi, sed uel diuinum cultum affectantis. *Es.* V, 25: Der Herr recket seine Hand über sie, und schläget sie, daß die Berge heben, und ihr Leichnam ist wie Roth auf der Gassen. Sic exaggerantur clades populi Iudaei sub Achazo perferendae. Ad hunc locum Hieronymus, in *comment.* Nos, inquit, *hyperbolice hoc dictum putamus, quod pro magnitudine malorum imminentium etiam montes commoueantur, et cadaveribus mortuorum repleantur omnes plateae urbium.* Ἀυξήσις uero et ὑπερβολή; etiam in sacro codice dari, concedit Dannhauerus, in *Hermeneu. sacr. pag.* 22. Conf. *Es.* XIII, 13; XXVIII, 5; XXXIII, 3, 4, 7.

23. Μείωσις, siue *extenuatio*, cum uerbis humilibus, quam pro re, utimur. *Es.* I, 8: Was aber noch übrig ist von der Tochter Zion, ist wie ein Häuslein im Weinberg; wie eine Nachthütte in den Kürbs-Garten, wie eine verheerte Stadt. *Cap.* XIII, 11: Deine Pracht ist herunter in die Hölle gefahren, samt dem Klang deiner Harffen. Motten werden dein Bette seyn, und Würmer deine Decke. Quibus uerbis interpretibus uidetur lapsus imperii

D

Baby-

Babylonici exprimi. *Ef.* LVII, 9: Du sendest deine  
 Botschafft in die Ferne, und bist geniedriget biß zur Hölle.  
 h. e. prorsus seruiliter et omnium abiectissime humili-  
 lasti te, amicitiam et opem Regum exterorum atque  
 a uera religione alienorum ambiendo. Conf. *Ef.* XVI,  
 14; XXVI, 6, 7; XXXX, 15, 16, 17; XXXXI, 14, 24, 29.  
 24. VATICINIUM, et PRAESAGITIO, qua aliquid praef-  
 agimus, aut uaticinamur. *Ef.* XXXXI, 22, 23: Lasset  
 sie herzutretten, und uns verkündigen, was künftig ist. Verk-  
 ündiget uns, und weiffaget etwas zuvor: Lasset uns nit  
 unsern Herzen darauf achten, und merken, wie es hernach  
 gehen soll. Oder lasset uns doch hören, was zukünftig ist.  
 Verkündiget uns, was hernach kommen wird, so wollen  
 wir merken, daß ihr Götter seyd. i. e. Gentes iubeant  
 accedere suos uates, ut ex praedictionibus deorum suo-  
 rum indicent ea, quae forte euentura sint; sicut nos ex  
 praedictione futurorum contingentium cognoscimus,  
 Deum Israël esse uerum Deum. Conf. *Exod.* III, 1.  
 Veris autem Dei uaticiniis plenus est totus *Esaías*.

25. *Ἀνακοινωνία*, seu *communicatio*; quae quasi est  
 deliberatio cum iis ipsis, apud quos, aut contra quos,  
 dicimus, aut ad quos uelut iudicii arbitriique senten-  
 tiam deferimus. Quo etiam pertinet *figura pathetica  
 inquisitionis*, ab *Em. Thesauro* appellatae. *Ef.* V, 3, 4:  
 Nun richtet ihr Bürger zu Jerusalem, und ihr Männer Juda,  
 zwischen mir und meinem Weinberge. Was solt man doch  
 mehr thun an meinem Weinberg, daß ich gethan habe an ihm?  
 Warum hat er denn Heerlinge gebracht, da ich wartete, daß  
 er Trauben brächte? scilicet *Filius Dei*, tanquam heres  
 Vineae, prouocat quasi ad ipsos *Iudaeos*, qui nihil se in-  
 termisisse testatur, quod ad salutem gentis *Iudaeae* pro-  
 uehendam pertineret. *Cap.* XXXXIII, 26, 27; *Erinnere  
 mich, laß uns miteinander rechten, sage an, wie du gerecht wilt  
 seyn?* etc. Quibus uerbis *DEVS*, pro mira benignitate sua,  
*Iudaeis*

Iudaeis offert conditionem cum eis disceptandi coram aequis iudicibus. Cum uero silerent, eos conuincit praearicationis, iisdemque futurum excidium reipublicae denuntiat. Conf. cap. L, 8, 9; LVIII, 2, 3.

26. Περιφρασις, siue circumlocutio, cum pluribus uerbis aliquid describitur. Ita Es. XXI, 1, Babylonia, desertum maris; XXII, 1, 5; Iudaea, siue Ierusalem, uallis uisionis, das Schauthal; uallis quidem, quia montosa est, Pf. CXXV, 2; uisionis uero, propter DEI praesentiam quasi conspiciendam, et propter uisiones prophetarum, περιφρασιως appellatur. Cap. XXXVIII, 10: Ich sprach: Nun muß ich zur Höllen Pforten fahren, da meine Zeit aus war, da ich gedacht noch länger zu leben. Ich sprach: Nun muß ich nicht sehen den HErrn, in den HErrn im Lande der Lebendigen; nun muß ich nicht mehr schauen die Menschen, bey denen die ihre Zeit leben. i. e. dixeram, iam mihi moriendum esse. Cuiusmodi περιφρασιως exempla multo plura in Esaia obseruare licet.

27. Ἰποτύπωσις, siue imaginatio; quae in uiuida descriptione et quasi repraesentatione rerum consistit, ubi res tam clare copioseque exponitur, ut coram spectari uideatur. Talis uiuida descriptio est corruptissimi status populi Iudaici, atque horrendae desolationis istius terrae; Es. I, 5, 6, 7, 8. Talis hypotyposis est poenarum, quas DEVS omnibus gentibus, quae Ecclesiam hostiliter persequuntur, comminatur, per totum caput XXXIII. Talis repraesentatio est exinanitionis et passionis Christi, quam praedixit Propheta, Cap. LIII. Sic et pulcherrime depingitur Messias futurus, tanquam Heros de hostibus Ecclesiae triumphaturus, et per diuinam uindictam eos puniturus, cap. LXIII, 1, 2: Wer ist der, so von Edom kommt, mit röthlichen Kleidern von Baza, der so geschmückt ist in seinen Kleidern, und einher tritt in seiner grossen

großten Kraft? Ich bins, der Gerechtigkeit lehret, und ein Meister bin zu helfen. Warum ist denn dein Gewand so rothfarb, und dein Kleid wie eines Keltertretters? cetera. Ita etiam luxus et superbia feminarum graphice depingitur, cap. III, 16: Und der HErr spricht: darum, daß die Töchter Zion stolz sind, und gehen mit aufgerichtetem Hals, mit geschminkten Angesichtern, treten einher, und schwänzen, und haben köstliche Schuh an ihren Füßen, cetera.

28. Πόλις, siue *occupatio*; cum cogitata quasi in alterius animo legere uidemur, et id, quod ab aliis nobis obiici posse putamus, anticipamus atque diluimus. Cuius figurae duae sunt partes: ὑποφορᾶ, quae obiectionem proponit, et ἀνθυποφορᾶ, quae obiectioni respondet. Exemplum uidemus *Es. XXXVIII*, 14, 15, 16; ubi, per *διαλογισμὸν*, in ὑποφορᾶ, sub nomine Zionis, loquitur Ecclesia fidelium, afflicta in initiis N. T. Zion aber spricht: der HErr hat mich verlassen, der HErr hat mein vergessen. In ἀνθυποφορᾶ respondet DEVS consolans: Kan auch ein Weib ihres Kindes vergessen, daß sie sich nicht erbarme über den Sohn ihres Leibes? und ob sie desselben vergesse, so will ich doch dein nicht vergessen. Siehe, in die Hände hab ich dich gezeichnet; ꝛc. In hoc illustri exemplo plures concurrunt figurae: praeter enim *occupationem*, et praeter *harmonicas* quasdam et *ingeniosas* figuras, adsunt haec *patheticae*: *querela*, *dialogismus*, *obliuio*, *ostensio*, siue *attentio*, *amor* et *miseratio*, *memoratio*. Absque quibus figuris breuiter diceretur: *Deus semper memor est ecclesiae suae*. Caluinus, in *comment.* ad h. l. notauit, in posterioribus huius loci uerbis etiam alludi ad annulos memoriales, q. d. uelut in annulo, manus ornamento, in quo insculpi olim solebat imago eius, qui praec aliis diligebatur, et in pretio habebatur.



29. INTERPRETATIO, per quam ea, quae ipsi diximus, uel alii dixerunt, interpretamur. Ita, cum *ῥεοπισμῶς* dixisset Esaias, *cap. I, 22*, deflexisse Iudaeos, eorumque principes et iudices ab integritate et iustitia pristina: Dein Silber ist Schaum worden, und dein Getränk mit Wasser vermischt; tunc mox, u. 23, ipse explicat haec uerba: Deine Fürsten sind abtrünnige, und Diebsgesellen; sie nehmen alle gern Geschenke, *ic. Sic*, cum idem diuinus Vates, *cap. V*, canticum proposuisset de *Vinea DEI*; tunc ipse, u. 7, eam parabolam per interpretationem exponit: Des HERRN Zebaoth Weinberg aber ist das Haus Israel, und die Männer Juda seine zarte Feser. Adde, si lubet, *cap. XXXX, 6, 7*: Alles Fleisch ist Heu, und alle seine Güte ist wie eine Blume auf dem Felde. Das Heu verdorret, die Blume verwelket, denn des HERRN Geist bläset drein. Ja, das Volk ist das Heu. *Conf. cap. VIII, 14, 15.*

30. SERMOCINATIO, cum sermo tribuitur personae, quae praesentis sit instituti. Sic *Es. XXVIII, 15*, inducuntur loquentes irrisores, i. e. homines profani et superbi, uerbi diuini et prouidentiae contemptores: Ihr sprecht: Wir haben mit dem Todt einen Bund, und mit der Hölle einen Verstand gemacht. *Conf. V, 19.* Sed et *Seraphim*, et pii fidelesque homines, saepe inducuntur loquentes. u. g. *Seraphim* stunden über ihm, und einer rief zum andern, und sprach: Heilig, Heilig, Heilig, ist der HERR Zebaoth! *cap. XXV, 9*: Zu der Zeit wird man sagen: Siehe, das ist unser GOTT, auf den wir harren, und er wird uns helfen. Das ist der HERR, auf den wir harren, und fröhlich seyn in seinem Heil. Quin ita et *Prophetae Θεόπνευστοι* Deum ipsum frequentissime memorant loquentem, u. g. *Es. I, 11*; *XX, 3*; *LXVI, 1*; cetera. *Ἰησοῦς τῆς ἀποστόλου*

31. Προσωποποιία, cum aut personam mortuam, tanquam uiuam praesentemque, loquentem inducimus; aut personam facimus e non persona, siue tribuendo ei sermonem, siue eam compellendo, quasi intelligat. *Es.* XIII, 8, 10: Auch freuen sich die Tannen über dir, und die Cedern auf dem Libanon, und sagen: Weil du liegest, kommt niemand hierauf, der uns abhaue. *2c. cap.* XXXV, 9: Spricht auch der Thon zu seinem Töpfer: was machst du? du beweisest deine Hände nicht an deinem Werke. XXXVII, 1: Herunter Jungfrau, du Tochter Babel, setze dich in den Staub, setze dich auf die Erde, denn die Tochter der Chaldäer hat keinen Stuhl mehr. Man wird dich nicht mehr nennen die Zarte und Lustlin. Fingit Propheta per profopopoeiam Dominum de gradu deponentem Reginam quandam; per quam intelligit Monarchiam Babylonicam, cuius euerfionem praedicebat. Haec si absque figura proponantur, simpliciter designant monarchiam Babylonicam, quamuis tunc opibus et potentia floreret, euertendam, solumque aequandam. *Conf.* XXXVII, 7, 8, 9, 10.

32. Διαλογισμός, cum persona aliqua uel secum, uel cum alio, loquens, et quasi ratiocinans, inducitur. *Es.* XXXVIII, 21: Du aber wirst sagen in deinem Herzen: wer hat mir diese gezeuget? Ich bin unfruchtbar, einzeln, vertrieben und verstossen; wer hat mir diese erzogen? Siche, ich war einsam gelassen, wo waren denn diese? So spricht der Herr, Herr: Siche ich will meine Hand zu den Heiden aufheben, *2c.* Ita Ecclesiae miranti, sibi inter tantas perfecutiones tot filios diuinitus seruatos esse, quasi in *Dialogo* respondet DEVS, se indueturum gentes, earumque principes, ut mitius tractent populum suum. Sed et in priore parte huius Capitis DEVS Pater, partim cum Messia, partim cum Ecclesia, colloquitur. *Conf.* *Es.* XXVIII, 15, etc.

33. CON-



33. CONCLUSIO, quae ante dicta singulari quadam animaduersione concludit. *Es. XXVIII, 29*: Solches geschieht auch vom Herrn Zebaoth. Denn sein Rath ist wunderbarlich, und führet es herrlich hinaus. DEVS per prophetam in antecedentibus non solum profanis hominibus, Messiam, lapidem angularem totius Ecclesiae, reprobaturis, diuina iudicia denuntiarat; sed populo etiam Israelitico promiserat, se eum non penitus perditurum: nunc utramque illius uaticinii partem hac breui sententia concludit, testaturque, se pro mirifica sapientia sua agere, et promissa implere, etsi consilia sua et opera sint ardua, ut ea homines non possint assequi. *Conf. Es. VI, 13; VIII, 17; XVII, 14; XXX, 8; XXXVI, 11; XXXVIII, 23; LIII, 17.*

34. EPIPHONEMA, cum rei narratae, uelut coronis, adiicitur dictum ex superioribus expressum, uel admirationis causa, uel ut sententia firmet obfignetque antecedentia. Neque uero haec figura ualde diuersa est a conclusione. *Es. VII, 9*: Und wie Samaria das Haupt ist in Ephraim, so soll der Sohn Kemalja das Haupt zu Samaria seyn. Glaubet ihr nicht, so bleibt ihr nicht. Praedixerat DEVS per prophetam, Hierosolymorum urbem ab hostibus oppugnatam, at non expugnatam iri: nunc finit illud uaticinium breui sententia, tanquam consectario morali. *Si meis uerbis non creditis, rerum uestrarum status non futurus est stabilis, neque permanebitis in terra uestra. Cap. VIII, 10*: Beredet Euch, und es bestehe nicht: denn hie ist Immanuel. Ingens pondus superioribus additur per hoc *Epiphonema*: *Filius DEI stat a partibus nostris! Cap. XVII, 14*: Um den Abend, siehe, so ist Schrecken da, und ehe es morgen wird, sind sie nimmer da. Das ist der Lohn unsrer Räuber, und das Erbe derer, die uns das unsre nehmen.  
Vide

Vide, quam graue Epiphonema superiori comminationi aduersus hostes Ecclesiae populus DEI addat, q. d. *Sic solet DEVS affligere, qui nos affligunt!* Conf. XXIII, 27; XXVIII, 19.

35. COMPENDIVM, cum capita distincte iam recensita in unum colligimus; u. g. *in summa, breui, breuiter ut dicam, cetera.* Es. XXXVIII, 2: Des freuet sich Hiskia, und zeigt ihnen [legatis Regis Babyloniae.] das Schatzhaus, Silber und Gold, und Specerey, köstliche Salben, und alle seine Zeughäuser und allen Schatz, den er hatte: Nichts war, das ihnen Hiskia nicht zeigtet in seinem Haus, und in seiner Herrschafft. Sic Sirac. XXXIII, 28, 29: *Summa, durch sein Wort bestehet alles. Wenn wir gleich viel sagen, so können wirs doch nicht erreichen. Kurz, er ist gar!*

## X.

Hucusque recensui *figuras patheticas*, quae uiuidam quandam operationem et motum mentis intelligentis indicant, et cum logica simpliciue propositione coniungunt; quae quamuis iam suauiter mireque mentem auditorum lectorumque afficiant; multo tamen acrius efficaciusque eam afficere uidentur *figurae patheticae* ex uoluntatis commotionibus dimanantes, quae strictiore significatione *patheticae* appellantur; quarum adeo exempla iam ex diuino uate, Esaia, conquirere constitui. Cum nero, praeter opinionem, argumentum hoc iam sub manu excreuerit; dabunt ueniam Lectoresbeneuoli, ut, temporis chartaque rationem habiturus, talium exemplorum loca saltem simpliciter et sine quadam explicatione indicem, eaque superioribus figuris adiungam. Sequuntur ergo primum figurae ex facultate appetente existentes:

36. DESI-

36. DESIDERIVM, cum rerum personarumque nobis charissimarum praesentiam et opem uehementer requirimus, et expectamus. Laelio Peregrino desiderium dicitur motus et extensio animi erga bonum absens, quod tanquam conueniens fuerit perceptum. Aliquando generatim sumitur pro cupiditate. *Es.* XXVI, 8, 9: Wir warten auf dich Herr, im Weg deines Rechten, des Herzen Lust stehet zu deinem Namen, und deinem Gedächtnis. Von Herzen begehre ich dein des Nachts, 2c. *Conf. Psal.* XXV, 1, 2.

37. AMOR ET BENEVOLENTIA; equidem iam cum desiderio coniunctus solet esse amor: hic tamen potissimum in repraesentatione obiecti boni, tanquam praesentis, deliciatur, idque amplectitur, et laetitiam quamdam coniunctam habet; cum desiderium in bonum absens inclinet, simulque cum sollicitudine quadam coniungatur. *Benevolentia* aliquando est affectus amoris; aliquando amor leuior. Quamuis uero ueteres Latini dixerint: *Deus amat homines*; non tamen facile dixere: *homines debent amare Deum*; at usu ecclesiastico et Deum, et homines, amare dicimur. Exempla expressi amoris et benevolentiae, *Es.* III, 2; XXXXII, 1, 21; XXXXIII, 4; XXXXVIII, 15; LIII, 10; LXII, 4, 5.

38. IMPERIVM, quod aliquid seria uoluntate iubet. *Es.* X, 6; XIII, 3; XXIII, 11, 12; XXXXIII, 26, 27, 28; XXXXVII, 5.

39. ADMONITIO, EXHORTATIO, et EXCITATIO. *Es.* XXXII, 9; LI, 9, 17; LII, 1, 2; LV, 1; LVIII, 1; LXI, 1; LXII, 10.

40. APPROBATIO, et SVASIO. *Es.* XXXVIII, 8; XXXXVIII, 18; LVI, 2, 7; LXIII, 8; XXVI, 20; XXXVI, 5.

41. CONCESSIO, συγχώρησις, cum dictum factumque aliquod conceditur, et inutile tamen id esse subiungitur. *Ef.* I, 15; X, 28; XXVIII, 1, 2; LIII, 7, 8.

42. LAVDATIO, *Ef.* XXIII, 14, 15; XXV, 1; XXXVIII, 18; XXXXII, 10, 11; XXXXVIII, 13.

43. OBSEQUIVM, quo parendi rationem demonstramus. *Ef.* I, 19, 20; VI, 8; XI, 14; L, 5, 6.

44. BLANDITIAE, quibus amor declaratur: *Ef.* XXXX, 2; LXII, 4; XXXXVII, 1; LII, 7.

45. APPRECIATIO, qua bene precando amorem indicamus. *Ef.* XVIII, 25; XXX, 18; LVI, 2; *Conf. Pf.* CXXII, 6.

46. OPTATIO et INVOCATIO, *Ef.* XXVII, 4; XXXIII, 2; XXXXVIII, 18; LXIII, 1.

47. VENERATIO, *Ef.* XXXVII, 16; XXXXV, 23, 24; XXXXVIII, 23; LX, 14.

48. OBSECRATIO, *Ef.* LXIII, 15, 16; XXVI, 16.

49. GRATIARVM ACTIO, *Ef.* XII, 1, 4; XXXVI, 16; LXIII, 7.

50. SPES et FIDVCIÀ, *Ef.* VIII, 17; XXV, 9; XXX, 18; XXXIII, 2.

51. GAVDIVM et EXVLTATIO. *Ef.* XXX, 29; XXXV, 10; XXXXIII, 23; XXXXVIII, 13; LI, 11; LXI, 10; LXV, 19; LXVI, 10.

52. IACTANTIA, cum rebus nostris gloriamur, aut alterius rei gloriam nobis iudicamus. *Ef.* III, 9; XIII, 13, 14; XXVIII, 15.

53. AVDACIA et IMPVDENTIA, *Ef.* V, 28, 29; XXX, 12; XXXVI, 4, 5; XXXVII, 10; XXXXVII, 10; XXXXVIII, 2.

54. GRATVLATIO et PLAVSVS, *Ef.* XXIII, 16; LV, 12. *Conf. Pf.* CXXII, 6; *Zach.* III, 7.

Nunc sequuntur figurae, quae ex facultate auerſandi fluunt, et malum aliquod pro obiecto habent:

55. ODI-

55. ODIVM, *Ef. I, 14; LXIII, 10.*
56. PERPLEXITAS et SOLICITVDO, quae uoluntatem rebus contrariis distringi declarat; quamquam haec figura, quae tam intellectum, quam uoluntatem, uiuide afficit, fortasse rectius ad *figuras patheticas mixti generis* referri queat. *Ef. X, 3; XXXXVIII, 4. Conf. Hof. XI, 8.*
57. IMPROBATIO *rei malae et ingratae. Ef. LVIII, 5; LVIII, 15.*
58. DEHORTATIO, et DISSVASIO. *Ef. I, 16; XXXVI, 18; LII, 11; XXXXVIII, 20; LV, 7.*
59. EXPROBRATIO et OBIVRGATIO. *Ef. I, 3, 4; XVIII, 11, 12; XXXII, 9; XXXXII, 18, 19, 20; XXXXVII, 1, 8; LVI, 9, 10; LVII, 3, 4;*
60. RECUSATIO, ABOMINATIO, et EXECRATIO, *Ef. I, 11-15; XXX, 22; XXXXI, 25; XXXXIII, 23; LII, 11. Conf. Pf. LXVIII, 29, 30.*
61. DESPERATIO. *Ef. XIII, 8; XXI, 3, 4; XXXV, 4; XXXVIII, 10, 17; VIII, 22; X, 3.*
62. PVDOR et VERECVNDIA. *Ef. I, 29; XXIII, 23; XXXVIII, 15; XXXXV, 16; LIII, 4.*
63. POENITENTIA. *Ef. XXXI, 6; LV, 7; Conf. Ezech. XXXVI, 31.*
64. TIMOR et TERROR. *Ef. II, 10, 19, 21; VII, 2; XIII, 8; XVIII, 1, 16; XXI, 4; XXVIII, 9; XXXII, 11.*
65. DOLOR et TRISTITIA, *Ef. III, 26; XIII, 8; XVI, 9; XVIII, 8; XXI, 3; XXVIII, 2; LXV, 19.*
66. QUERELA et LAMENTATIO. *Ef. VI, 5; XXXIII, 7; XXXVIII, 13, 14; XXXXVIII, 14; XIII, 6; XIII, 31; XVI, 8, 9; XXIII, 14.*
67. IRA et EXCANDESCENTIA. *Ef. V, 25; XXX, 27; XXXIII, 2; LVII, 17; LXIII, 3.*
68. COMMINATION. *Ef. I, 4, 24; III, 9, 11; V, 8, 18, 20; X, 1; XXVIII, 1, 2; XXXI, 1; XXXXI, 11.*
69. Νῆμεσις, siue VINDICTA. *Ef. XIII, 11, 13; XXXIII, 8, 9; XXXV, 4; XXXXVII, 3; LXV, 6; LXVI, 15, 16.*
70. INVIDIA. *Ef. XI, 13.*
71. MISERATIO. *Ef. XXXXI, 14; XXXXVIII, 10, 13, 15; LIII, 8, 11.*
72. CONSOLATIO. *Ef. VII, 4; XXXV, 4; XXXVIII, 17; XXXX, 1, 2; XXXXI, 10, 14; XXXXIII, 1; LXI, 2, 3; LXVI, 13.*
73. CON-

73. CONFESSIO, qua culpam confitemur. *Es.* LIII, 5, 6; LVIII, 12; LXIII, 6. *Conf. Pf.* XXXII, 5.

74. DEPRECATIO, qua vel pro nobis, vel pro aliis, deprecamur. *Es.* LX, 14; LXIII, 9; XXXXVII, 3.

Denique restant quaedam *figuræ patheticæ*, quas *mixti generis* dicendas existimavi; propterea quod non minus facultatem intelligentem, quam appetentem, mire afficiunt, atque exprimunt, nec minus aliis utriusque facultatis affectibus ut plurimum immiscentur.

75. ADMIRATIO, quæ est animadversio quædam efficax novitatis, siue magnitudinis, quæ est in obiecto quodam intellectus, sensus, aut appetitus, et plerumque cognoscenti, laudanti, reprehendenti, et irridenti, inferuit. *Es.* I, 21; XIII, 12, 16; XXIII, 8; XXXIII, 18; LVIII, 16; LX, 5; LXIII, 2; *Conf. Matib.* XV, 28; *Rom.* XI, 33.

76. *Ἀποροφὰς* siue *Προσφώνησις*, qua et eos, qui non audiunt, siue sint personæ, siue res inanimæ, affamur; quæ figura maxime in attentione excitanda, in *προσποποεία*, aliisque affectionibus exprimendis, locum habet. *Es.* I, 2; XXXIII, 20; XXXIII, 1; XXXXII, 11; XXXXVIII, 23; XXXXVIII, 13.

77. *Ἐκφώνησις*, siue *Exclamatio*, quæ fit per varias interiectiones, easque cum expressas, tum intellectas, ac subinde cum admiratione, optatione, laudatione, querela, commiseratione, obiurgatione, exultatione, et obscuratione, concurrunt. *Es.* I, 4; VI, 5; X, 30; XVII, 12; XXVI, 19; XXXXIII, 23; XXXXVIII, 18; LI, 9, 17; LVIII, 1; LXIII, 1.

78. *Ἐρώτησις*, siue *interrogatio*, qua rem simplicem interrogando proponimus, et, ubi recta oratione uti poteramus, sermonem inflectimus. Quod schema itidem aliis fere quibusque affectibus exprimendis inferuit. *Es.* I, 5, 21; III, 15; V, 4; X, 3; XIII, 27; XXXX, 12, 13, 14; L, 1, 2; LI, 19; LIII, 1; LXIII, 1, 2; LXXVI, 8.

79. RESPONSIO, quæ aliquando interrogationem sequitur. *Es.* XXXVII, 23, 24; XXXXI, 2, 3, 4; XXXXII, 24; XXXXVIII, 21, 22; LVIII, 3. [De *excitatione* iam supra pag. 32. egi.]

T A N T V M.

**I**ngenii ornamenta sui sic SPOERLIVS auget,  
Dum Suadae ornatum comprobat ipse sagax.

Peregrinio honorum philosophicorum  
Candidato,

IO. LVDOVICO SPOERLIO,

Paternæ doctrinæ virtutisque  
aemulo et imitatori perindustrio,  
luculentum studiorum specimen  
gratulabatur

C. G. SCHVVARZIVS, P. P.








Q 3949 \* 8


Q 3949 Q

X 266 59 38

Retro V

Ant.





8  
8

DISSERTATIO INAUGVRALIS  
DE  
FIGVRIS PATHETICIS  
EX DIVINO VATE ESAIA  
ILLVSTRATIS

QVAM  
IVSSV ET AVCTORITATE  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS  
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA  
SVB PRAESIDIO  
DOM. CHRISTIANI GOTTLIBII SCHVVARZII  
SACR. CAES. MAI. COM. PALAT. ACAD. HVIVS SENIORIS  
MORAL. ELOQVENTIAE ET HISTORiarVM PROF. PVBL. BIBLIOTH. ACAD.  
PRAEFECTI ET INSPECTORIS BENEFICIARiorVM NORICORVM ITEMQVE  
ACAD. IMPERIALIS NATVRAE CVRIOSORVM ET REGIAE BORVSS.  
SOCIETATIS SCIENTIARVM COLLEGAE NEC NON SOCIETATIS  
FLORIGERAE AD PEGNESVM PRAESIDIS  
PATRONI ET PRAECEPTORIS SVI PIE COLENDI  
PRO GRADV  
SVMMSIQVE IN PHILOSOPHIA HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS,  
SOLEMNI DISQVITIONI  
SVBIICIT  
IOHANNES LVDOVICVS SPOERL  
NORIMBERGENSIS.

D. XIII DECEMBR. MDCCL.

ALTORFII  
TYPIS IOH. GEORG. MEYERI ACAD. TYPOGR.